



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gvilelmi Postelli De Repvblica

Postel, Guillaume

Lvgdvni Batavorvm, 1635

Cap. XXXI. De Hellanodicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65533)

De Hellanodicis.

QUOD eadem in sacris totius regionis Atheniensibus subiectæ isti curarent, ac præcedentes proxime in ærario conservando, volui illos subiunctos. Pecunias ergo rerum sacrarum nomine debitas exigebant, ipsisque choragis de quibus egi, in impendium sacrorum dabant, quod ipsum à civibus, Athenarumque habitatoribus *τετλιναρχοι*, qui & *φρατρες*, exigentes, in urbanis sacris, & ludis facere consueverant. Sed de his & conventu *ἀμφικτυόνων* amplius dicam in alio opere. Labet vero nunc quæ desideramus subnectere.